



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Sectio X. De Romani Imperatoris electione, confirmatione, consecratione,
& coronatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

bus, siue absentes venerint, siue non, convenire debent in loco ad eligendum designato, & quamprimum, ad multa incommoda devitanda, eligere, subtractione etiam ciborum compellendi ad electionem celeriter expediendam, ut patet ex *c. ubi periculum 3. h. t. in 6.* ubi plura alia ad fraudes, & pericula devitanda, statuuntur, & quid fieri debeat asseritur, si extra civitatem, ubi suam curiam habet, moriatur. Vide citatum *c. & Clement. 2. h. t.* quibus plura addere necessarium non est, cum pleraque non tam ex jure communi, quam ex specialibus bullis dependeant.

§. IV.

De Electione Senatorum, Rectorum, & similium Officialium urbis Romane.

Vide de his *c. fundamenta 17. h. t. in 6.*

SECTIO X.

De Romani Imperatoris Electione, Confirmatione, Consecratione, & Coronatione.

Hæc tota materia, quia magis ex auctore Bullæ Caroli IV. Imperatoris delumi debet, quam Germani nostri observant hodie, ita tamen, ut ea, quæ de jure Canonico statuta sunt in *c. venerabilem 34. h. t.* non negligantur, idem aliis relinquatur examinanda. Vide *re. lat. c. & Clement. unicam de jure jurando*, ac *Gloss. in c. ad Apostolica 2. de sent. & re. judic. in 6. V. illi autem.*

TITULUS VII.

DE TRANSLATIONE EPISCOPI.

§. I.

A quo, & cujus auctoritate translatio Episcopi, vel alterius Prælati inferioris fieri possit?

Translatio in genere aliud non est, quam Personæ alicujus ab una Ecclesia ad aliam sæcularem, vel regularem, Superioris auctoritate ob causam necessitatis, vel utilitatis, facta mutatio: In specie verò sumitur translatio, prout hinc de ea sermo est, pro sola mutatione Episcopi taliter factâ, de quâ certum est 1. fieri non posse eam propriâ tantum

transseantis auctoritate, quamvis electus tantum & confirmatus, nondum autem consecratus fuisset *c. 2. h. t.* (quia talis transitus multarum perturbationum, & multæ ambitionis origo esset) sed à solo Summo Pontifice, ex plenitudine potestatis, Episcopum à suâ Ecclesiâ, cui desponsatus fuit, transferrere ad aliam, uti habetur in *c. 1. h. t.*; sicuti enim matrimonium carnale insolubile est, humanâ potestate, quia ex Dei Institutione indissolubile vinculum est, ita etiam spirituale matrimonium inter Episcopum, & suam Ecclesiam, merâ